HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
Admont, um 1180
Seite 3v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26117
Copyright: Admont, Benediktinerstift

anagogice. Iuxta hystoriam fiunt nuptiæ duobus modis. aut carnis cõmixtione. aut sola desponsione. Sola desponsione. ut Maria et Ioseph. carnis cõmixtione. ut Salomonis et filiæ pharaonis. quas iuste matrimonii copulauit. cui et domũ auro gemisq; decoratam edificauit. Iuxta allegoriam quoq; fiunt nuptiæ duobus modis. uno. quibus dicit carnem spiritui iungere. id est quod humanam naturam suspicit. quam in dextra patris exaltatam in solio gloriæ collocauit. alio. quo xpc dicitur hominum uniuersam ecclam. id est totam fidelium multitudinem. per cõmestionem corporis sui sibi sociauit. quam et sanguine suo subarrauit. et lauacro baptismatis lauit. et uarius spiritus sancti charismatibus dotauit. Iuxta tropologiam etiam fiunt nuptiæ duobus modis. uno. quo anima xpo per dilectionem copulatur. alio. quo anima quæ est inferior uis intuitus hominis. spiritui quæ est superior uis eius. per consensum diuinæ legis iungitur. de quo canticorum spiritalis ples. id est bonum operis gignitur. Iuxta anagogen nichilominus fiunt nuptiæ duobus modis. uno. quo xpc a morte resurgens nouus homo celos ascendit. et multitudinem angelorum sibi sociauit. alio quo adhuc per resurrectionem totam ecclam in uisione diuinitatis suæ gloriæ copulabit. Hic liber est unus de .vii. aiographis. Sacra quippe scriptura est biptita. Diuidit enim in uetus et nouum testamentum. Veteris testamenti scriptores ppheta fuerunt. noui autem testamenti scriptores apli extiterunt. Utriusq; uero auctor est spiritus sanctus. uetus ut scribit. audiam quid loquatur in